

41 Respectu verò Dominicarum, major poterat esse prima facie difficultas, cum in omnibus vigeat eadem ratio: Sed omisso quod sunt Dominice primæ, & secundæ classis, que cum Quadragesimâ, & Adventus sint, in eis dubium non cadit: in cæteris verò Dominicis, prudens Episcopi dispositio, & locorum confuetudo erit servanda; ita ut si cur non prædicatur omnibus diebus solemnibus, id est, duplicibus, ita nec sermo habeatur nisi in particularibus, veluti in Septuagesimâ, Sexagesimâ, & aliis particulare motivum habentibus.

42 Jam vero supposita hac obligatione, & præcepto, dubium est, an nolentibus Ecclesiasticis illud adimplere, possint compelli per Judices seculares; sive per Correctores? In qua animose affirmativè responderet Barbosa in *Præfati allegat. 76. m. 32.* auctoritate Emanuelis Rodriguez *quæst. Regul. tom. 2. q. 62. art. 19.* Hieronymus Rodriguez in *compendio quæstion. Regula. resol. 112. n. 19.* Bobadilla in *politica lib. 2. c. 18. n. 194. lit. K.* & reperit idem Barbosi in *collekt. ad Concil. d. 24. c. 4. m. 13.* in quo Barbosa nullum fundamentum adducit: unde tanquam immeritandum est, examinandaque hujus opinionis fundamenta, quæ late adducunt Bobadilla, & Emanuel Rodriguez locis superius citatis. Et omnis his quæ diximus supra c. 13. de *repar. Eccl. Cathedr. ex n. 83. cum sequentibus*, sequentia addemus.

43 In primis certum est, posse ex delegatione Romani Pontificis, cui non interdicitur, Judicibus Laicis talem potestatem in Ecclesiasticos committere, prout in his terminis Catholicis Hispaniarum Regibus delegatam esse ab Alexandro VI. & Eugenio II. in partibus Indiarum, quam originaliter in Archievipo supremæ Castellæ Senatus custodiri advertit Solozano in *polit. lib. 4. c. 27. vers. Lo quarto asbandame. pag. 743. & de fidat. lit. tom. 2. lib. 3. c. 2. m. 44.* sed tamen ea cessante, ajunt nihilominus Doctores superius citati, quod cum per Prælatos, sive Clericos, sive Religiosos aliquid intentatur contra decreta Tridentini, tunc supremum Regale Consilium præcipit, ut provisiones Regales pro ejus executione & observantia edantur.

44 Secundo, Philippum Secundum gloriose memoriæ, mense Julii Anno 1564. commendavit Episcopis Tridentini publicationem, & observationem, & justitiam Correctoribus civitatum, ut ad id suum auxilium impartiantur, quod est conforme Bullæ Pii IV. editæ Romæ Anno 1563. 7. *Kalendas Februarii. Anno eius Pontificatus 5.* cujus particulam apponit Eminentissimus Rodriguez.

45 Ex quibus inferit, quod supposito præcepto prædicandi, Correctores Civitatum, aliquæ seculares Magistratus, contradicentibus non solum Ecclesiasticis, verum etiam Judicibus Ecclesiasticis, possunt compellere eos ut verbum Dei illis diebus ad populum habeatur; de quo exemplum ponit Bobadilla se executum in civitate Soria diocesis Oxomen. in die Epiphaniæ; quod approbatum fuit ab Episcopo: ideò maxime gloriatur ea de causa scandala sublata fuisse; quod similiter enarrat Emanuel Rodriguez, concludendo, quod instante, & præcipiente Correctore, potest in hoc casu frater Minor prædicare, etiam contradicente Vicario foraneo civitatis, in qua debet fieri prædicatio.

46 Sed miror non tantum de Bobadilla, quantum de Emanuel Rodriguez, quod tam debilibus fundamentis ductus eam opinionem sequatur: unde examinare oportet singula: & quidem Regale Consilium præcipere observationem Concilii; quando aliquid contra id præcipitur, quid importat pro regula, ut stabiliat jurisdictionem in secularibus incapacibus contra Ecclesiasticos? Etenim vel processit Bobadilla per viam appellationis, vel per viam tuitionis; & eodem modo loquendo de Tribunalibus Regis si primum dicamus, appellatio debet esse ad Judicem competentem; veluti de Judice foraneo ad Episcopum, de Episcopum, de Episcopo ad Archiepiscopum, & sic deinceps. & idem procedit data negligentia inferioris, qua data, jurisdictionem remanet Episcopo, vel Archiepiscopo, & cuiusmodi Superiori Ecclesiastico; ut per Abbatem in *cap. cum contingat. n. 19. de foro compet. Felix. in c. Interfragabili, in*

princ. de offic. Ordin. Merlinus decis. 385. m. 2. quodque commune est omnibus appellationibus eorum, qui aliquid patiuntur gravamen, ut ad Superiorem fiat recursus.

Quo fit, ut secundo modo fieri debeat, id est, per viam Tuitionis, ratione protectionis: & tunc non protectionem; sed confusionem quam maximam ingerere necessarium est: quod ita explicamus, ut de facili capiat. Vel enim Tuitione fit ab Officialibus Regis existentibus in eodem loco, vel alibi, id est, in alio loco; si in alio loco existant, eo modo, quo additur Judex secularis, potest adiri Ecclesiasticus: ergo non potest intrare Tuitione, sed confusio, & usurpatio jurisdictionis; si sunt in eodem loco, vel intrant eam jurisdictionem, vel sine ea, ratione Tuitionis, & Protectionis sacrosancti Concilii Tridentini: cum jurisdictione non credo inveniri Catholicam talia dicentem, cum exemptio Clericorum sit de Jure divino, faltem eorum personis, ut per innumeros quos longa manu veriorum dicens refert Barb. in *collekt. ad text. in cap. Ecclesia S. Maria. m. 19. de confit. & de univ. lit. Eccl. lib. 1. c. 2. m. 190.* cui addendus est Anton. Diana *resolusionum moralium parte septima, tractatu primo, per totum, ubi abunde.*

Ergo ratione Tuitionis & protectionis: quam tamen nullatenus extendere licet ad jurisdictionem Principis, nec per eam imperium in protectos acquiritur, nec ipsa tollit jurisdictionem Ordinario competentem; sed tantum inducit jus tutelare: ut late probabimus, dum agemus de Hospitalibus sub immediata Regum protectione existentibus, *cap. 27. de Hospitalibus & in puncto diximus ibid. m. 138. cum sequentibus*, quem locum omnino videas usque ad *num. 155.* ubi omnia invenies, ita ut hic repetere opus non sit: junctis his quæ diximus c. 13. *ex num. 85. & seqq.* ergo hac de causa secularis se intrinicare non potest, cum Laicus Patronus, cui majus jus competit ratione juris patronatus, solum habeat inter esse secundarium, nec admittatur quando de suo interesse non agitur: *cap. novem. ubi DD. to. q. 1. Giga de penson. q. 23. n. 12. ad medium & plures alii: quo pacto intelligendus est Cabedo de patron. Regie Corone. c. 12. a. n. 5.* dicens, Patronum habere interesse, quod de secundario intelligitur, alias hoc pacto omnis iudicium, & Ordo Ecclesiasticus turbaretur, & in omnibus sacrosancti Concilii decretis, tam in materiis Sacramentalibus, & in omnibus rebus fidei, quam in morum correctione & reformatione, Seculares admittit & intrare possent via protectionis & tuitionis; cujus executio tanto acrior fieret, quanto majori cum rigore temporalitas irremissibili decreto occurreretur; nec ulla appellatio admitteretur à tate executione; unde ratione hujus inconvenientis, causam tolli necesse erat ratione scandali, & hujus causa privilegium amittitur; & hac ratione habens privilegium, eo privatur: Glof. optima in *cap. renovantes, verbo priusquam, dist. 22.*

Et ut cætera exempla prætermittamus, & pateant inconvenientia ponderata, supponamus quod iste Predicator à Judicibus secularibus in vim protectionis missus, peccet in exercitio, malas doctrinas seminando, excedendo, iurgia videlicet, & contentiones suscitando; hæc omnia eodem modo præcipiuntur à Concilio puniri ab Ordinario: ergo ratione protectionis spectabit ad Tribunalis, & ad Judices Laicos, sicut spectat prædicari faceret, & hac ratione sub eo prætextu Laici se intrinicare in negotiis Ecclesiasticis: ablata autem fuerint Advocatoriæ potentium in Ecclesia, ne sub eo prætextu aliquid jus sibi arrogarent; Geminum quem refert Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 1. n. 74.* unde hoc Ordinario competere pluribus docet Illust. D.D. Didacus Antonius Frances de Urrutiguoy fita in *meus in Pafior. inter. p. 1. tract. 5. q. 2. n. 13. & 14.*

Nec similiter urget, Laicos Principes esse deputatos ad executionem, & complementum decretorum Apostolicorum, qui ad eorum tuitionem adtinguntur in Jure; *Aut. quomodo oporteat Episcopos, in princ. cap. Omnis princeps, 96. dist. 2. cap. De tribus, 23. q. 4. l. final. Cod. de Summa Trinit. Nam huic objecto duobus modis respondetur: & primo, hoc non via Jurisdictionis, sed per modum auxilii præ-*

præcipit ut: unde sicut auxilium Brachii secularis non datur nisi petitur sit, ita neque Principes propria auctoritate quiddam facere possunt. Secundo, Romanos Pontifices, quando ita expedire visum fuit, jam hoc Laicis Principibus concesserunt, ut exemplo Alexandri VI. & Eugenii retulimus in partibus Indiarum, *suprà*; unde exceptio hæc firmat Regulam in contrarium.

Nec dicatur, mentem fuisse Concilii, ut ponderat Rodericus ex Bulla Pii IV. *dat. Rom. Kalendis Februarii, Anno Incarnationis 1563. Pontificatus sui 5.* quod omnia decreta sacrosancti Concilii faciant observari illi ad quos spectat, invocato etiam, si opus fuerit, Brachii secularis auxilio: & hortatur per viscera Jesu Christi Imperatorem, & cæteros Reges, & Principes Christianos pro ejusdem Synodi reverentia, ad Concilii exequenda, & observanda decreta, Prælatibus ubi opus fuerit auxilium, & favore suum præstent: Quæ omnia in primis, si mentem Concilii inspicimus, indicant nihil attentius curavisse, quam Ecclesiasticum iudicium Ecclesiasticis Ministriis, & Sedi Apostolicæ reservare, omnino exclusis Laicis: Legatur historia, ejusdem Concilii Tridentini ab Eminentissimo Cardinali Sforza Pallavicino, Societatis Jesu Alumno, adversus Petrum Suave Polan. Romæ Anno 1636. impressa; & nihil aliud accuratus invenitur; ita ut *lib. 5. cap. 12. pag. mibi 484. in fine*, ubi agendo de independentia Sedis Apostolicæ circa materias Religionis, circa appetitionem Concilii tres Legati missi Tridentinum à Paulo IV. nempe Cardinalis Joannes Maria de Monte Episcopus Pignestinus successor immediatus Pauli III. & Julius III. appellatus: Marcellus Cervinus postea Summus Pontifex creatus, & Marcellus II. vocatus, successor item immediatus Pauli III. & Raynaldus Polus sub die 16. Maji Anno 1545. repugnante Carolo V. ita Paulo III. scripserunt lingua vulgari, ut Sforzia ipsa verba refert: *Per quanto stelle a noi, ricordarremo à sua Beatitudine, ch' elessse più tosto d' abbandonar la Sede sua, e di render à San Pietro le chiavi, che comportare che la podestà secolare arrogasse à se tutta l' autorità in determinar le cose della Religione, con pretesto colore, che Ecclesiastica avesse mancata del debito suo in celebrare el Concilio: quæ verba Latino sermone fideliter ita traducuntur: Secundum nostram opinionem vestre Beatitudinis memoriam scimus, eligere debere potius relinquere Sedem suam, Clavesque Divo Petro reddere, quam permittere potestatem secularem sibi arrogare omnem auctoritatem in determinationem rerum Religionis, sub colore & pretestu quod Ecclesiastica jurisdictione defecisset in debito suo circa celebrationem Concilii. Quomodo ergo mens Concilii potuit esse sub prætextu protectionis, etiam deficientibus Ecclesiasticis, aliquid tribuere Laicis in rebus ad Religionem spectantibus: cum licet occasio eorum verborum respectu principii Concilii fuisset, verba tamen Legatorum ad omnes casus Ecclesiasticæ Jurisdictionis se extendunt, & appetere de socordia, & negligentia Ecclesiasticorum loquuntur.*

Nec item Pius IV. aliud explicavit in *dista Bulla*: imò totum contrarium opinioni Roderici; quandoquidem jurisdictionem Ecclesiasticis attribuit: ut patet ex verbulo, *Mandamus*, ubi Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & cæteris quibus incumbit cura, præcipit in virtute sanctæ obedientiæ, ut omnia decreta faciant observari, invocato, si opus fuerit, auxilio Brachii secularis: unde clarius luce meridiana patet, jurisdictionem spectare ad Ecclesiasticos, sicut etiam auxilium petere à Laicis, quibus nihil attribuitur jurisdictionis; sed tantum auxilium præstare debent, quoties requirit Ecclesiasticis, ita ut jurisdictione ad Judicem Ecclesiasticum, cui competit appellatio, spectet; auxilium verò, non tamquam Judex, sed tamquam auxiliator, Laicus præbet, ut Jurisdictioni Ecclesiastici Judicis debite executioni mandetur; aliàs enim necessarium concedere deberemus, Judices Laicos in omnibus negotiis, in quibus auxilium ab ipsis petitur, posse cognoscere & decretum cum Jurisdictione, quod maximum continet absurdum; cum hoc remedium auxiliari sit & commune omnibus Tribunalibus, & Jurisdictioni sit Judicis Ecclesiastici, auxilium verò secularium, quod pro libito non de-

bent impartire, sed ad deprecationem Ecclesiasticorum, ut lato calamo scriptum reliquit Franciscus Molinus, *particulari tractatu de Brachio seculari, lib. 1. cap. 7. per totum*, omnino videndus, qui n. 2. innumeris citatis, probat summariam causæ cognitionem esse adhibendam; quibus addendus est Maceraten. *lib. 1. variat. resol. 632.* & in terminis Jurisdictionum omnium ad tribunal Ecclesiasticum spectantium melius idem Molinus c. 9. ubi *num. 24. late defendit*, seculares Potestates de criminibus Ecclesiasticis, etiam per invocationem Brachii secularis non cognoscere, imò nec in extrajudicialibus auxilium præstat secularis, eo non requisito, ut idem late probat, c. 13. *per totum*, sicut enim duo Brachia in corpore mutuo se adjuvant, ita mutua charitate sibi invicem auxiliantur Potestates Ecclesiastica, & secularis: c. *Cum ad verum, c. Duo sunt, c. si Imperator, 96. dist. c. novit, de iudiciis*: ea tamen differentia adhibita, quod Ecclesiasticus à seculari requiritur tamquam superior aditur; Ecclesiasticus vero secularium tamquam inferiorum in causis Religionis adit, quo fit ut Laicus suadendo; Ecclesiasticus autem censuris, & anathemate adversus contumaces procedat; ut late Molinus d. *lib. 1. c. 14. pluribus probat*, & prosequitur c. 19. n. 3. & hac etiam ratione pro punitione excessus in executione auxilii Laicis coram Ecclesiastico puniendus est, ut dixit & probavit ita conciliando opiniones diversas idem Molinus d. 2. p. c. 37. *per totum*: Ex quo patet, mentem Pii IV. in *dista Bulla* nullatenus esse quod tribueretur aliquod Jus secularibus Judicibus, sed tantum tribuere facultas Ecclesiasticis implorandi auxilium Brachii secularis, ut efficacius monita, & decreta Tridentinæ Synodi executioni mandentur, neque enim officium hoc non petenti impartiri debet: l. 4. §. *Hæc autem iudicium, de damno infecto*: idem Molinus c. 24. *num. 9.*

Hoc idem manifestat decretum *sess. 25. de reformat. c. 3.* in quo modus præscribitur observandus circa promulgationem censurarum: & non obstante quod ibi concedatur facultas requirendi idem auxilium Judicem secularium, ut omnis difficultas Jurisdictionis tolleretur, in *vers. nefas autem*, suam voluntatem declaravit sancta Synodus, per hæc verba: *Nefas autem sit seculari cuiuslibet Magistratus prohibere Ecclesiastico Judici, ne quem excommunicat, aut mandare, ut latam excommunicationem revocet, sub prætextu, quod contenta in presenti decreto non sint observata: cum non ad seculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertinet*. Quod idem de iure procedere probat *text. in c. Rogo, cum sequentibus, 11. quæst. 3. cap. Nullis, cum sequentibus, cap. Cuius desideres, cap. Si concubina, de sentent. excom. late Barbosi in collekt. ad text. in d. c. 3. sess. 25. de reformat. ex n. 29. usque ad 33. latissime de univ. lit. Eccl. lib. 1. cap. 39. §. 4. m. 93.* quem omnino videti convenit: nec minus in *tract. de exigent. penson. 1. p. q. 8. n. 14. & 15. juncto n. 42. & sequentibus*; cujus decreti rationem confirmant verba Sfortiæ *suprà* relata, ex responso trium Legatorum Concilii: ex quibus manifestissimè constat, nunquam Judices Laicos facultatem habere procedendi per se, nec se ingerere posse, nisi coadiuvando Ecclesiasticum Iudicem, ab eo petito auxilio.

Omnia autem supradicta expressissimè comprobantur ex ratione textus in *cap. 1. de offic. Ordin. ubi* auxilium voluit Romanus Pontifex à secularibus concedi ad ea tantum quæ Deo placent, persequenda: Deo autem placere non potest cognitio Iudicis secularis in exequendo acta, & decreta Concilii mediante ejus præcepto, spreto Ecclesiastico; ut consideravit Franciscus Molino *dista tract. de Brachio seculari, c. 9. ex n. 45.*

Consequenter verò absque dubio mihi probatur, hac consideratione: negato auxilio à seculari non datur appellatio ad Ecclesiasticum, sed ad Iudicem secularem superiorum: c. 2. *de excep. in 6. Azevedo m. l. 15. n. 11. tit. 1. tom. 2.* Oliban. *de iure sicc. c. 15. n. 47.* & pluribus citatis Franciscus Molinus c. 16. n. 3. ergo stante Ecclesiastico superiore, ad eum debet appellari, non ad secularem.

Insuper auxilium à superiore petitur: sic etiam Iudices seculares minores, auxilium superiorum implorant, l. *Si quis*

& convivia esse reprobata; tamen existimo tantum agapes, & nocturnas comestiones esse prohibitas; de quibus plura diximus *supr. Cap. de Confrat. Eccl. Cathed. ex n. 22. cum seqq. & cap. De confraternitatibus ex n. 23. usque ad 50. juncto cap. 26. de Cemeteriis, n. 242.* & aliqua dicemus *cap. sequenti, n. 214.* tamen convivia mutuum amorem, & amicitiam foventia, in quibus moderati sumptus sunt, maxime si sacra lectione concludantur, approbantur à Renato Chopino *de sacra Politia lib. 3. tit. 2. n. 12.* & ita declaratum fuisse in Francia probat Paponius *lib. 1. tit. 1. Arrest. 3.* & resolvit Sanleger. *in quest. & resol. benef. d. lib. 1. c. 39. n. 20.* An vero expedit in his conviviis Superiorem Laicum intervenire; dicas quod sic ad tumultus impediendos, & rixas evitandas, ut in Confraternitatibus docet Bobadilla *in politica lib. 3. c. 9. n. 36.*

166 Diximus porro, Episcopo predicante, ceteros Prædicatores silere debere, excepto Parocho inter Missarum solemniam concionante, teste Barb. *in collect. ad Concil. d. cap. 2. n. 16.* quod & comprobatur ultra *in d. Clem. 2. de Sepult. §. Nos autem; juncto text. in Extra. 1. de privi.* Quibus addendus est Squill. *de oblig. & privi. Episc. 1. p. cap. 7. n. 13.* & post plures quos refert Cenedo *in question. Canon. q. 26. n. 14.* Joannes Carolus Antonellus *de Regimine Eccl. Episcop. lib. 7. cap. 13. n. 6.* unde contingit dubitare, an Episcopus possit rotas matutini, vel vespertini temporis horas in prædicatione occupare, an verò relinquendum sit tempus pro ceteris Concionatoribus? In qua dubitatione Cardin. *in d. Clem. 2. §. Nos autem, n. 11.* tantum unam horam prædicare posse censet: quia per id verbum, idest *in illa hora* loquitur textus, non autem per plurale *de horis.* Sed tamen committere reprobatur, quia hora pro tempore sumitur, teste Virgilio *1. Georg.*

*Nunquam te crastina fallat
Hæra, nec infidus noctis capere serena.*

unde cum tempus in hoc privilegio Episcoporum datum prædicat, vel solemniter facit coram eo celebrari, non taxativè, sed demonstrativè possum fuerit, merito ad totum extenditur: & idem contrarium defendit Vitalinus, quem sequitur Ricciulus *c. 4. n. 4.* Et hoc de eo qui intra Diocesim prædicat, non extra intelligendum esse rectè demonstrat, *cap. 5. ex n. 4. cum seqq.* & Curatis exceptis, quibus cum competat eadem facultas, & eandem habeant obligationem, non possunt ab Episcopo prædicante, in illa hora impeditur ut respondit sacra Congregatio Episcoporum *20. Februarii 1601. Episcopo Comensi,* teste Ricciulo *cap. 6. n. 2.* ubi extendit ad Parochias exemptas: sed tamen nisi adesset tantum Patrum auctoritas, contrarium crederem verius, saltem per se Episcopo solemniter prædicante: nam eo particulariter concionante, non intrat privilegium: Cardin. *in d. Clem. 2. §. Ab aliquo, n. 11.* Ricciulus *cap. 4. n. 14.* unde patet differentia doctrinæ & potestatis, simulque & reverentia, in quorum gratiam hoc privilegium datum fuit Episcopis. Unde cum omnia pesserant à recta ipsius administratione, videtur mens fuisse Sedis Apostolicæ ceteris omnibus silentium imponere eo tempore, recta cum ratione; præcipue in Cathedrali prædicante Episcopo; quæ cum sit totius Episcopatus Parochia, melius adimpletur præceptum, & per idoneiorem Ministrum cibis spiritualibus ovis distribuitur.

175 Vidimus quo tempore debeat prædicari ex præcepto; quod si à principio quale fuerit scire desideres, diebus Dominicis, à tempore S. Clementis invenies in Constitutionibus Apostolicis, *constitut. 59.* quod observasse S. Ambrosium refert D. Augustinus *lib. 6. Confess. cap. 3.* Postea quæsiemus quæ conventus solemniter fiebat, probat D. Augustinus *lib. de gestis cum Emerito,* & D. Chryostom. *homil. 43. in Mattheum.* Hora verò ordinaria, est post Evangelium lectum à Diacono in Missa solemniter, licet alibi, idest ante Horas, vel post Horas Canonice aliquando prædicetur; in quo servanda est consuetudo. Unde quælibet hora diet, stante consuetudine, dum modo Horarum celebrationi non sit impedimento, est hora competens: ita Beyerlinch *dist. verb. Concio, vers. Tempus concionis pag. 349.*

178 Videamus nunc quo tempore interdicitur Verbi Dei

prædicatio? Et quidem sicut tempora sunt ad prædicationem habendam destinata, eodem modo sunt tempora prædicationi adversantia, & ea sunt duo. Primum est tempus noctis, exemplo Christi, qui missurus Apostolos ad prædicandum dixit prædicando, *Matth. 10. vers. 27. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine; & quod aures auditis, predicite super tecta:* de quo est text. *in c. Cum ex ministro, de heret. unde eo modo quo qui male agit, odit lucem: c. Consuluit, de offic. Deleg. cap. Perniciosum, 18. q. 2. ita & in die, sub Sole prædicandum est, non in tenebris: cum noctis tempus ad vitia sub specie pietatis introducenda, & ad conventicula struenda dicatur aptissimum: d. c. Consuluit, leg. Conventiculum, c. de Episc. & Cler. leg. Denuntiatus, c. de his qui ad Eccl. confug. Ricciulus c. 13. n. 1. & 2. & pluribus tradit Mosconius *d. 1. 9. vers. Servandum est autem tempus,* ubi observat Passionem D.N. ad majorem devotionem excitandam, prædicandum manere orto jam sole. Nec idèd publice exhortationes, quæ ad vitia sedanda more Apostolorum Concionatorum per publicas plateas fiunt, prohibentur, sed tantum conciones in Ecclesiis, ubi matres cum feminis in simul convenire non oportet; quæ ratione pernoctationes in Ecclesia, etiam orandi pretertextu, esse ablatas constat: quæ etiam de causa Processiones fieri de nocte prohibitum est, secundum ea quæ notavimus *infra, cap. 25. de Confraternitat. Ecclesiarum Cathedralium, n. 351. & n. 363.* unde etiam Sanctus Philippus Nerius in exercitiis Congregationis Oratorii, quam fundavit, præcepit omnia fieri una hora ante Solis occasum, nec feminas ullo pacto admitti voluit, quas domi sue inclusas solas hæc pia opera facere, rectè consulabat; nam ex eadem causa feminas in simul cum viris in choro Ecclesiæ adesse prohibitum fuit, ut dictum est.*

Unde prædicatio in plateis non prohibetur: & utilitates ex ea provenientes expendit Ricciulus *d. c. 14. n. 7.* quod modo supra dicto intelligi oportet: & de more concionandi, tam in Ecclesia, quam olim in Synagoga, videndus Beyerlinch *d. verbo Concio, vers. Locus concionis, pag. 349.* ubi etiam latissimè utilitates concionandi in plateis, exemplo Sanctorum Petri Martyris, Vincentii Ferratii, Bernardini, Antonii de Padua, & aliorum, plures refert.

Secundum tempus quo silere debent ceteri Prædicatores, est quando prædicat Episcopus: quod latè differunt non tamen rationem hujus dispositionis de silentio aliorum Prædicatorum facillè invenies; nam licet *in allegata* prohibitionem ponant, rationem tamè nec ipsa, nec Doctores passim tradunt; quam tamen optime explicavit Sforza Palavicinus *in Historia Concilii Tridentini adversus Petrum Snavium Polanum lib. 7. c. 4. n. 9. & 10. in fine,* dicens: prædicante Episcopo silere officium inferiorum, qui eo tempore tenentur audire, non dicere, discere, non docere: sed quia hoc, initio nascentis Ecclesiæ, per se exercebant Prælati superiores, quia pulvis fidelis modicus erat, & ab omnibus de facili audiri poterant; crescente vero numero fidelium, rebusque Ecclesiæ compositis, Episcoporum jurisdictiono crevisset, quæ de causa, causis plurimis dirimendis ac judicandis, & ceteris negotiis componendis sapè non sufficiebant, nec per se omnia obire poterant; maxime residendo in Cathedralibus, in toto Episcopatu audiri non poterant; idèd Legibus Episcopi creati fuerunt, & maxima ratione statutum fuit, ut per alios officium hoc obirent; & ea de causa privilegia Regularibus, *in Clem. Dudum, de Sepult. concessa* fuerunt: de quibus nunc non est sermo.

Et licet Ricciulus Vir doctus, & expertus, alium casum non inveniret: ergo verò tertium adadjiciendum puto, videlicet quod pro aliquo die ex certa, & rationabili causa rectè prohibetur ab Episcopo ne alibi prædicetur, ut silicet totus populus conveniat ad Cathedralium: ut sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium declaravit, teste Gavanto *in Manual. Episc. verbo Concio sacra, n. 51.* Squillante *d. c. 7. n. 15.* ut ex consuetudine observatur in civitate Casarugustana in die Annuntiationis Beatiissime Mariæ Virginis, quæ Metropolitanæ accedit processioniter ad Ecclesiam Beate Mariæ de Portillo, in qua ejus concionator prædicat; ceteri vero eo die silent eo tempore. Ad quemcumque verò

verò spectet electio, debet saltem de congruo eam facere, per plures menses ante Quadragesimam, ut paratioris veniant ad prædicandum utilitate; ut citato Genuensi *in Manuali, c. 32. n. 16.* admonet Squillante *d. c. 7. n. 16.*

194 Verum cum hoc respiciat utilitatem animarum, videndum est, qui teneantur concionibus adesse: de populo jam est tractatum, videamus nunc de Canonicis & Capitulo, simulque de aliis Clericis Ecclesiæ Cathedralis: Et adesse tenentur ad Horas Canonice decantandas, & Missam conventualem celebrandam, de quibus adest præceptum in Ecclesiis Cathedralibus, *ex tex. in c. Dolentes, de celebrat. Missar. cum aliis:* Ergo sicut adest tenetur Chorus interesse; sic etiam concionibus. Consequenter patet; non enim minus præcipitur Concio his diebus, quam Horarum & Missæ celebratio, ut probatum est: sed illarum omisso gravis est, nec celebrari possunt sine assistentia Capituli: ergo non sufficit concionem haberi, sed etiam Capitulum & Canonici illi debent interesse: alius enim frustratoria esset obligatio, si concio sine auditoribus habebatur: quando enim Dominus dolebat de Jerusalem, dicendo: *Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis Prophetas, quos vobis congregare pullos tuos sub aliis, sicut gallina congregat pullos suos: &c. Matth. 23.* non ad faxa civitatis, sed ad homines loquebatur, ut explicat D. Hieron. *lib. 4. comment. in c. 23. Matthei, & ita D. Carolus in Concilio 1. & 2. Mediolanensi, decreto 27. tit. quæ ad missam:* Canonici & alios Clericos concionibus interesse debere, Episcopumque licet deducere ad Ecclesiam euntem & redeuntem constituit: ut refert Lelius Zechus *de Republica Ecclesiastica, tit. 24. de Canonicis, n. 6. vers. idem etiam:* Non tamen idèd intelligas per hoc statim peccare non assistentes Canonicos, & Clericos inferiores, dummodo corpus assit Ecclesiæ: nam licet Ecclesiæ Cathedralis obligationem habeat: Horas Canonice canendi, Missamque celebrandi, hoc non ad singulos, prout singuli sunt, pertinet; sed sufficit quod à Choro celebratur: nec singuli peccant, si una vel altera vice non interfuerint, dummodo cultui divino injuria non fiat: plures apud Barbof. qui contrarium defendit *de Canonicis, c. 34. n. 10.* eo modo quo Chorus tenetur Officium Beate Virginis recitare in Ecclesiis ubi viget consuetudo, non tamen singuli assistentes: Barbof. ex mente Congregationis, *de Canon. c. 14. n. 4. & 5.* Quibus congruit assistentia in Capitulo, quæ saltem in quolibet omnes præcisè non obligat: ex pluribus adductis à Barbof. *d. tract. de Canonic. c. 40. per totum.*

195 Sed dices, munus hoc prædicandi ad Pastores pertinere; Primò ad Romanum Pontificem, secundò ad Episcopos, tertio ad Curatos: ut late probat ex Tridentino Mosconius *d. 1. par. lib. 1. cap. 19. vers. quapropter ex præmissis: in c. lo. vers. Pape itaque, & seq. Lelius Zechus tit. de Concionatoribus, n. 2. ubi n. 1.* antea notaverat, Christum Dominum non ante trigessimam annum prædicationem suam incepisse, ut toto eo tempore non doceret exemplo, & postea verbo; Apostoli vero, cum plura delegasset, veluti Baptisimum, curam viduarum, & alia; prædicationem verò verbi Dei sibi reservaverunt: ergo vel Episcopi Jurisperiti inutiles erunt, vel omnes Episcopi nunquam prædicantes muneri suo satisfaciunt.

196 Hinc difficultati multipliciter respondetur: & primò hodie hoc munus delegatum esse cuiusque Sacerdoti: quod late probat Doctores superius citati, præcipue Ricciulus *d. tract. de Prædicat. c. 2. & 3. per tex. in c. Inter cetera, de offic. Ord. quibus adde Isidorum Mosconium de maiest. milit. Eccl. q. 5. lib. 1. c. 19. vers. omnes alii:* & de Regularibus extant innumeri, & præcipue omnes exponentes Concilium Tridentinum *d. sess. 5. c. 2. & sess. 24. cap. 4.* Mosconius *in defensa Canonica contra Patres Hæreticæ Indiarum, ex n. 25.* ubi conceditur per alios prædicare; unde obligatio hæc personalissima jam cessavit.

197 Secundo hinc muneri non solum satisfaciunt concionando in pulpito ad populum, sed illud scriptis docendo: unde Romani Pontifices, de cujus obligatione constat, *in c. lu*

memoriam, *distin. 19.* leges condendo, Epistolas rescribendo, cum omnes Romæ præsentem esse non possint, satisfaciunt: & hæc de causa videmus, principio nascentis Ecclesiæ summos Pontifices diligentissimè incubuisse huic negotio, & per multa secula varias hominibus scripsisse: sic etiam constat de variis Episcopis, de quibus in *Epistolis Romanorum Pontificum* mentio fit, nec etiam omitti possunt innumera saluberrima decreta, & sanctiones, quæ etiam quotidie tam in *Bullario*, quàm in *alios particularibus decretis* constituntur. De Episcopis verò, quid non clamitant D. Basilii, D. Gregorius Nazianzenus, D. Chryostomus, D. Augustinus, & alii? & nostris temporibus ultra D. Thomam de Villanova, plures enumerari possunt, ex quibus Pastores literæ, Hebdomadæ sanctæ, Conciones, Annus spiritualis, Historia sacra, & alia plura extant; opera D. Joannis de Palafox primò Episcopi Angelopolitani, in partibus Indiarum, postea Oxoniensis, ubi multis virtutibus & sanctis operationibus clarus, indefessis laboribus, perpetuis jejuniis, & continuis vigiliis confectus, variis appetitibus insidiis, vir singularis constantiam tandem sancto sine Anno 1659 sub die prima mensis Octobris Oxomæ quievit; quem ut normam Prælatorum omnes habere poterant. Nec D. Petrus de Tapia prætermittendus est, qui ex Dominicana familia ad Archiepiscopatum Hispaniensem evehctus, post Segobiensem, Seguntinum, & Cordubensem, feliciter juxta & pie administratos, varia utilissimaque edidit opera, quæ sub titulo *Catena moralis doctrinae*, universi possunt docere mundum vice prædicationis; quare hoc modo prædicandi muneri satisfieri posse docuit Lelius Zechus *d. tit. de Concionatoribus, n. 2.* nec alio modo fieri potest: cum prædicando in Cathedrali non possint esse præsentem omnes subditi: unde illa doctrina communis, scriptis mandata, deseruit ad omnia; exemplo Epistoliarum Romanorum Pontificum, & constitutionum Apostolicarum, quas à SS. Petro & Clemente originem habuisse, scriptis constat.

Ex dictis deducitur, Episcopos Jurisperitos hoc modo muneri suo satisfacere, quomodo innumera extant exempla Pauli Fulci, Moyfi Ricci, Caroli Marantæ, Antonii Riccioli, & aliorum innumeros opera clamitant. Unde de utilitate Episcoporum Jurisperitorum adversus Marcum Antonium de Dominis Archiepiscopum Spalaten. hæreticum relapsum, licet Catholicus obierit, videndus idem Ricciulus *lucubr. Eccl. lib. 2. c. 5.* & hoc tempore valde esse utiles & necessarios apparet ex notatis à Sforza Palavicino *in Historia Concilii Tridentini, lib. 7. c. 4. n. 9.* quam supra retulimus, qui eam Historiam adversus dictum Marcum Antonium de Dominis scripsit, cum ipse, merito nomine *Petri Pauli Snavæ*, in hæreticam pravitatem incidisset, similemque historiam multis depraavatam mendacis, multisque refertam impietatibus scripsisset.

Hoc præceptum prædicandi Episcopis competere scripsimus jam diximus: rationem verò inquirere opus est: nam cum Christus in humanis agens per semetipsum tribus annis prædicaverit, *Luce 3. c.* ascendensque in cælum Apostolis suis hoc ministerium demandaverit, *Matth. cap. 10.* dicens: *he in mundum universum, prædicatè Evangelium omni creaturae;* & post ipsos Apostolos, idem officium exercuisse Romanos Pontifices satis constat ex Epistolis Leonis, Gregorii, & aliorum summorum Pontificum: merito in allegatis Conciliis, Episcopis Apostolorum successoribus hoc munus commissum fuit, quod tanti momenti duxerunt Apostoli, ut satis duxerint vacare prædicationi, quam ministrare mensis: *Actuum 16.* unde in S. Tridentina Synodo *d. sess. 5. c. 2.* dicitur, prædicationem verbi Dei non esse minus necessariam lectione, & consequenter in *Extra. 1. §. verum...* dicitur, propositionem verbi Dei, post Baptisimum, esse inter cetera maxime ad salutem necessariam: nec possunt non expendere verba D. Augustini *lib. 50. homil. 26.* relata in *c. Interrogatio, 1. q. 1.* dicens: *Interrogo vos fratres, vel forores, dicite mihi: Quid vobis plus esse videtur, verbum Dei, an corpus Christi? Et idèd quanta sollicitudine observamus, quando nobis corpus Christi ministratur, ut nihil ex ipso de nostris manibus in terram cadat; tanta sollicitudine observemus ne verbum Dei, quod nobis erogatur, dum aliud aut*

113 Supposito precepto primo (loquimur de Ecclesia Cathedrali) predicatio competit Episcopo, ut diximus: eo vero impedito, Canonico Magistrali: ita Illustrissimus Frater meus Episcopus Barbaften. in *Pastor. intern. par. 3. voto 11. n. 49.* de veteri Jure Canonico est textus in *cap. Inter cetera 15. de offic. Ordin.* & de Jure novo Trident. *sess. 24. c. 4. de reformat.* ultimo Prædicatoribus approbatis ab Ordinario: in quo subijci Regulares dubium non est; ex expresso Decreto Concilii Tridentini supra relato. Unde contigit dubitare, ad quem pertineat Prædicatoris electio? In quo Tridentina Synodus *d. sess. 24. cap. 4.* precepit id fieri debere, *in pensis eorum, qui eas prestare vel tenentur, vel solent:* quam consuetudinem omnino servandam esse tam circa facultatem eligendi, quam solvendi mercedem, ita ut alicubi Episcopus eligat, Civitas ex arario publico solvat; alibi Civitas solvat & eligat, alibi Capitulum Cathedralis eligat & solvat: prout pluribus probat Barbof. in *collecl. ad Concil. sess. 5. cap. 2. ex n. 9. cum sequentibus:* Riccius in *praxi. tom. 1. resol. 468. n. 4. & 5. Diana resol. moral. p. 3. tract. 1. resol. 71.* Mosconius statim citandus de *Mais. milit. Eccl. lib. 1. c. 19.* ubi autem consuetudo fuerit hac de re introducta, servanda erit, nec pro ea interruptenda sufficit quod aliqui actus contrarii dentur, dum modo 117 probentur ex particulari devotione facti: ut resolvit Tondutus de Sanlegerio in *quest. & resol. benef. 1. par. cap. 29. nu. 7.* fed tamen quantum tempus sufficiat pro hac consuetudine introducenda, non satis constat; cum id prætermittunt relinquunt Doctores: in quo decennale præstationem sufficere, post Ofsce. *dec. 99. num. 17.* Covarr. *lib. 1. var. cap. 17. n. 3.* Paulum Ranuccium apud Censum de *confibus 9. 81. n. 15. vers. 2. qua docet:* tenet Franciscus Tondutus de Sanleger. in *d. c. 39. n. 17.* cui adde Sperell. *decif. 15. 69. & 70.* ubi omnia late pertractat: consuetudine verò cessante, vel dubio existente, pro tempore Quadragesimæ, Episcopum proprio sumptu teneri conducere probant Barbof. in *Pastor. alleg. 75. n. 15.* Zerola in *praxi Episcop. par. 1. verbo Prædicator, §. 7.* Riccius in *collecl. 1776. & in praxi fori Eccl. dec. 546. in 1. editione, aliàs 468. in secunda: Gallerus in *Margaritha casuum conscientie, verbo Eleemosynæ 11. Ugolinius de officio & potest. Episc. c. 42. in princ. apud Barbof. in collecl. ad d. c. 4. n. 12. & in collecl. ad d. cap. 2. ex num. 9. cum sequentibus:* & ideo in Cathedrali, Episcopus, in aliis vero Ecclesiis inferioribus, omnes illi, qui ad Decimas tenentur, obligantur contribuere: prout judicatum 120 referit contra Archiepiscopum Bituricensem in Gallia, Paponius *lib. 1. arreso 9. in gloss. lit. A.* Maynardus *decif. 35. & 36.* & per eos Diana *resol. moral. p. 3. tract. 1. resol. 71. & 122.* idem observandum esse in dubio affirmant præfati DD. eo modo quo generaliter non solum salarium, verum etiam sumptus Prædicatoris spectant ad eum, qui curam habet animarum, qui populo Verbum Dei predicare tenetur; ex *Clem. Dudum, circa medium,* ut notat ibi Card. de *Sepul. in vers. Perum:* Abbas in *cap. Quod Dei, de statu Monach. hor. nec potest ab eo auferri hac obligatio, ut per se, vel per alium prædicet: ideoque suis sumptibus ponendo substitutum, illum alere debet: 1. Sed & si hereditas, §. 1. ad exhibend. cap. Inter cetera, de offic. Ordin. & pluribus citatis Sanlegerius in *quest. & resol. benef. 1. p. cap. 39. ex n. 12. usque ad 15.* Quibus casibus, etiam censuris posse compelli 123 solvere mercedem, scriptum reliquit etiam Barbof. in *d. c. 2. n. 11. & d. c. 4. ex n. 11.***

124 Illud tamen omnittendum non est, Episcopo per se prædicanti in sua Cathedrali mercedem non deberi, cum pretium, ad quod tenetur, adimplere ministerium: nec etiam prætextu pietatis aliquid præterire potest: sacra Congregatione ita declarante, testibus Gavanto in *Enchiridio Episcop. verbo Concilio sacra, n. 2. & Seyfello, quos sequitur Barbof. in collecl. ad d. c. 4. n. 4.* Sed tamen Episcopo prædicante, a hbi non potest concio sacra haberi; sed omnes silere debent, *Clem. Dudum 2. de Sepul. ubi Barbof. in collecl. num. 4.* quæ omnia late prosequitur Surdus, ubi ad omnia contraria respondet *conf. 254. per totam, quem docet differenter videas, & de eo inferius laus, ex num. 166.* dicemus.

Sed tamen dubitatur incidenter, quis teneatur ad expensas & alimenta Prædicatoris, quas in sustentatione facit ultra mercedem? In quo breviter dicatur, idem servandum esse sub hac distinctione; quod totum id de Jure spectat ad Episcopum, seu Parochum, cuius est prædicare, scilicet ad consuetudinem; qua stante ut populus, vel Capitulum solvat salarium, & expensas, utrumque solvere tenetur; sin minus, stante consuetudine salarium tantum solvendi, ad expensas non obligatur, sed Episcopus solvet: ex eodem Tonduto Sanlegerio *d. c. 39. ex n. 18.*

Ut enim tota materia capiatur, sciendum est, expensas esse ministrandas ei, qui invitatur prædicationem, sive aliam exercet functionem, ad quam ex officio non tenetur; secus autem ei, qui obligatur ad illam actionem præstandam; dummodo venient in diebus quibus adest præceptum, secus in prædicatione voluntaria ad cuius expensas non possunt compelli Parochiani, sed Parochus tenetur: ex Surdo de *alimen. §. 9. nu. fin.* quo fit ut nec Episcopus pro tota Diocesi, nec Parochus intra limites Parochie prædicantium salarium expensa debeatur: tamen alibi prædicante sive alias functiones extra Diocesim exercente, veluti Ordines factos conferendo, contrarium procedit: prout lato calano scribunt Surdus *conf. 254. n. 19. & 20.* auctoritate *124.* à contrario sensu ducto argumento in *c. Ordinationis,* ubi Præpositus *n. 7. q. 1.* sequitur Sanlegerius *locus superius citato.* Quæ ratione nominationem Prædicatoris, & onus expensarum, tam Eleemosynæ, quam sustentationis, esse Episcopi, vel Rectoris, quantumvis pauperis, late defendit contra Leon. in *thesaur. fori Ecclesiast. p. 1. c. 8. n. 6. vers. sine nullum.* Riccius *locus citat. Eccl. lib. 5. c. 16. per totum:* plures apud Squilantem *de obligat. & priviil. & generaliter docet Riccius in praxi tom. 1. resol. 478. pag. 220. secundum modernam impressionem:* quam opinionem secuta fuit Rota in *una Vlixbonen. juris nominandis, vel eligendis Concionatores, 16. Novembris, 1635.* coram Merlino *decif. 197. per totam,* præcipue *ex n. 50.* ubi lassimè de hac materia: quæ etiam reperitur inter *impresas à Rubens ab Anno 1631. usque ad 1634. decif. 134. & Marcellus Vulp. in praxi, c. 14. num. 8. & 9.*

Quid verò nomine Alimentorum veniat? dicas, quod vel loquimur de Prædicatoribus qui mittuntur ad partes Infidelium, vel de his qui vocantur inter Christianos: illis victus, vestitus, libri, & omnia necessaria subministranda sunt; istis vero eleemosyna tantum: sive ea non sufficiente, victus & hospitium: de quo videndus Riccius *d. lib. 6. c. 16. n. 8.* ubi notat, seclusa consuetudine, Papa ministranda esse alimenta ratione universalis domini in Ecclesia circa spiritualia: de quo extat etiam Divi Gregorii locus *conf. 26. §. 8.* relatus in *c. Quam sit laudabile, de Judeis & Sarracenis.* Et plura circa hoc ministerium videnda erunt apud Ricciulum *c. 1.* Ex quibus concludendum est, electionem Prædicatoris in Cathedrali, seclusa consuetudine, spectare ad Episcopum, absque eo quod in deputacione faciendæ egeat consensu Capituli: ex *Armendarez tenet Barbof. in Pastor. d. alleg. 76. n. 7. & 8.* Riccius *q. 7. n. 8. ubi n. 9.* extendit, etiam seclusa consuetudine, sed pro eo nec rationem, nec doctrinam adducit, & hac de causa reprobat. Ad quæ verò Judicem compellendi sine Laici nolentes 125 solvere eleemosynam Prædicatori, vel renuentes alimenta præstare: dicas quod apud Episcopum, cum causa sit Ecclesiastica: Belletus *disquis. Cleric. par. 1. tit. de favo. Cler. rea. §. 5. n. 71.*

Obstat verò supradictis fortis opinio Surdi *d. conf. 254. n. 15.* & latius *ex n. 19. cum seqq.* ubi late defendit, Prædicatori, cui ex officio non incumbit prædicare, deberi alimenta, sive stipendia necessaria ad sui sustentationem, ne relinquatur verbum Dei; juxta ea quæ probat *num. 1.* non autem salarium, quod non licet exigere pro rebus spiritualibus, aliàs enim esset facere Evangelium venale; & ita oculum non debet habere ad mercedem: quare Alimenta recipere licitum esse concludit *ex D. Thom. in 4. distim. 25. salarium verò exigere simoniam esse affirmat, ex Ripa conf. 26. n. 45. ubi usque in finem,* late differit, an consuetudine hoc possit introduci ut salarium exigi possit pro labore con-

cionis, & quemodo debeant esse actus uniformes ad talem consuetudinem inducendam, & qua intentione facti, & quo animo præstita salaria, ut possit probati talis consuetudo contra solvendum, de quo etiam late agit Mosconius *d. lib. 1. c. 19. vers. Prædicatoribus ad sciunt temporale lucrum pro sua prædicatione.*

139 Sed utinam hæc opinio esset vera, cum ea stante, ab innumeris liberaretur molestiis Regularium quærentium prædicationem faciendam in parochiis, singulis Quadragesimis, ex qua eleemosynas percipiunt parum necessitatibus propriis, partim Monasterii seu Communitatis eorum sublevandis, cum mercedem non tamquam pretium rei spiritualis, sed tamquam stipendium debitum eis qui laborant in vinea Domini; eo modo quo eleemosynam pro Missa celebranda licet recipere; ex communi. Atque ita hæc opinio Surdi, quam aliqui apud ipsum sustinuerunt, non admittitur: teste Sanlegerio *d. c. 39. n. 15.* nec de hoc potest dubitari, cum id ita declaratum fuerit à sacra Congregatione, ut testatur Barb. in *decif. Apostolic. verbo Prædicator, collecl. 592. n. 14.* quam sequitur Sanlegerius: & de charitate & oblationibus præter communem usum Ecclesiæ, extat declarans quibus Beneficiatis debeat optima decisio Millini *Elenæ executionis literarum Apostolicarum, 6. Jani 1603. dec. 384.* ultra, quod dempta mercede Concinator rectè potest pro sola obligatione exigere pretium, locando libertatem suam: ut citatis Ugolino & Toletode defendit Barbof. in *Pastor. allegat. 76. n. 10.*

142 Sed tamen in rigore, Prædicatori licet temporalia recipere, sed non exigere: late Isidorus Mosconius *d. c. 19. vers. Temporalia:* eoque modo confundunt Hæretici hanc sancti Tridentini dispositionem circa eleemosynam Prædicatoris sub nomine mercedis, grunnientes contra decretum Ecclesiæ, quod nolunt intelligere, malè vertentes avaritiæ quod necessitati & pietati tribuendum omnino est; eo modo quo impius Marcus Antonius de Dominis sub nomine *ettri Pauli Sæpore* scriptis in *Historia Concilii Tridentini,* cui doctissime respondet, refellitque Eruditissimus Sforzia Palavicinus è Societate Jesu, nunc S. R. E. Cardinalis Emeritus in eadem *Historia, lib. 7. c. ult. n. 11.* ubi materiam hanc pertractatam fuisse à Patribus invenies, motivaque ex quibus id permissum fuerit, adducit: inter quæ id præcipuum est, ut indigentibus Regularibus subsidia necessaria ministrarentur, quæ suò Monasterio percipere non possunt: & cum seminet spiritualia, etiam temporalia metere æquum est. Nec condemnandi debet hujusmodi acceptio eleemosynæ ex eo quod tam ipsi, quam eorum Communitates omnia ad victum necessaria petere possunt: nam sicut pie constituit salarium à Fidelibus pro ministerio conferente ad animarum salutem, piè etiam accipitur & requiritur per 145 viam eleemosynæ ab eodem Prædicatori in eodem loco offitium ad auditoribus liberè offerre volentibus. Cætera vide apud eundem *Sforziam:* nec ab hac sententia discendum est, quod quodidem sacrum Concilium statuit esse solvendum Prædicatori stipendium secundum laudabilem consuetudinem; atque ideo per necesse convincitur licitam esse hanc receptionem, non tamquam quid emprum & venditum, sed modo explicato: & de hac materia prædicationis verbi Dei, & de omnibus occurrentibus, ac decretis Patrum Concilii, videndus idem *Sforzia lib. 7. cap. 9. num. 7.*

146 Contigit etiam dubitari, an Episcopus possit cogere populum ad audiendum verbum Dei, saltem tempore Quadragesimæ, & Adventus, vel in Cathedrali, vel in Parochia: In quo primò necessariò supponendum est, dari electionem populo audiendi concionem vel in sua Parochia, vel in Ecclesia Cathedrali: Mosconius *d. c. 19. vers. ex quibus inferitur:* quo supposito, quæstioni negativè respondeatur. Licet enim Episcopus monere debeat, juxta decretum 148 Concilii *d. cap. 4.* tamen eos excommunicare hac de causa non potest: ex pluribus adductis à Barbof. *dict. alleg. 76. ex numer. 34. 35. & 36. in fine:* Riccius statim citandus ex mente sacre Congregationis, Mosconius *supra, vers. attamen non sunt cogendi,* circa quæ videnda sunt, quæ diximus de simili præcepto audiendi divina in Paro-

chia, *cap. De Parochia, ex num. cum sequentibus.*

Sed tamen tanta potest esse cunctatio populi & contemptus hujus præcepti, ut rectè possit Episcopus eum compellere: ut legitimus de Sancto Casareo, qui non semel offita Ecclesiæ occuldi fecerit, ad cogendum quosdam, qui Verbum Dei audire detrectabant; teste Baronio *tom. 4. Anno 506. pag. 573.* quem sequitur Riccius *locus citat. Ecclesiast. lib. 5. cap. 1. nu. 14. & 15.* Secus autem est in infidelibus, quos rectè cogit Ecclesia ad audiendum Verbum Dei in terris ubi extant Synagoge Judæorum, qui compelluntur interesse concioni semel in hebdomada, *ex constitut. Gregorii XIII. quæ incipit, Sancta Mater Ecclesia:* & est *29. in ordine novissimi Bullarii:* Riccius *num. 15.* Unde & populum potest Episcopus compellere ad recipiendum Prædicatorum, & audiendum Verbum Dei in hoc casu; juxta præceptum Domini, *Luc. 14. Exiitio in plateas, & vicos civitatis; & pauperes, & debiles, & cæcos, & claudos introducite:* Riccius *num. 14.* Sed hoc procedit ex necessitate doctrinæ; qua supposita, populus teneretur accedere ad audiendum Verbum Dei in Parochia: secus autem regulariter; nam licet Concilium loquatur per Verbum, *teneri,* quod obligationem inducit: id, vel est ius abrogatum, vel supposita necessitate doctrinæ intelligitur: ita Barb. in *collecl. ad Concil. sess. 24. cap. 4. nu. 15.* Quod idem intelligendum est circa doctrinam Christianam; nam & Parochos ad docendum, & pueros ad discendum, multis panis & censuris compellere posse Episcopum probat, ad *dictum cap. 4. nu. 26.*

Jam ergo contingit inquirere, an tempore cessationis à divinis, cesset præceptum prædicandi in Ecclesiis Cathedralibus: In quo casu Barb. in *collecl. ad tex. in Clem. 1. de Regul. n. final.* pluribus docuit, interdico Officio divino ob penam, interdici etiam prædicandi munus; atque ideo castigatos Clericos penam Interdicti non posse prædicare: qua de causa non posse prædicari tempore cessationis dicendum videtur. Sed tamen contrarium est verius: nam cum Prædicatio non sit actus alicujus Ordinis, tempore cujuscumque Interdicti licita est: ex pluribus quos sequitur Barb. *d. alleg. 76. c. 46. cap. Inter cetera, de offic. Ordin.* & hac ratione cuiuscumque personæ potest commendari, dummodo sit idonea: *dict. c. Inter cetera:* Riccius *d. lib. 5. c. 2. nu. 5. & 6. & num. 11.* ubi contrariis respondet. Hinc excommunicatus non prohibetur assistere concioni sacre, imò possunt Prædicatoribus eleemosynas recipere ab eis quando officium exercent penes ipsos: *cap. Cum voluntate, §. Prædicator, de sent. excom. ubi Glof. verbo Quasi gerunt:* Mosconius *d. c. 19. vers. Possunt autem Prædicatores:* Ergo existente præcepto quod potest adimpleri, non cessat obligatio: nam ita recta sit argumentatio; *possunt, & debeo; ergo teneo adimplere.*

Accedit ratio desumpta ex *text. in c. Alma Mater, de sent. excomm.* in quo indulgetur celebratio sub illa forma tempore Interdicti, propter damna spiritualia quæ ex defectu divinorum in Ecclesia sequi possent: sed prædicatio Verbi Dei; ideo tanta solertia fuit à Patribus in Tridentino præcepta, quia ex illa totus fidelium grex incrementum spirituale quam maximum consequi poterat: ergo non est cur sit aufertanda ab Ecclesia etiam tempore Interdicti.

Nec prohibitio Clerici interdici extendi potest ad hoc 161 ut non possit prædicare Verbum Dei: Etenim in illo casu ut Minister Ecclesiæ Evangelium explicat, & populo annunciat, unde Ordinem exercet prohibuit sub censura: At verò in nostro casu à Ministerio non impedito exercetur in re non prohibita, & ab auditoribus non prohibitis excipitur.

Quare jam aliud dubium disputare opus est, an possint 162 Laici solventes mercedem, & expensas Prædicatoris, imò Parochos, vel alii tale onus subeuntes, invitare Prædicatorum in Paschate post finitum laborem ad prandium, stante consuetudine non solum invitandi ipsum, verum etiam Rectores, & Magistratus Civitatis vel populi? Ex licet Charondas *lib. 7. respons. c. 79.* existimaverit consuetudinem illam à Jure esse reprobamam, dicens forsan commensationes, & con-

quis in hoc genus, in princ. C. de Episcop. & Cleric. l. 2. C. de his qui latron. l. properandum, §. si autem, C. de Indic. cap. 1. de offic. Ordin. & a superiore multatur eo non praestito, l. si iudex, ff. de iur. & extr. a Cognit. Covar. in pract. c. 11. n. 2. late Molinus lib. 2. c. 20. nec potest a seculari dari, nisi Ecclesiasticis perentibus, non obstante quod sit superior, idem Molinus lib. 1. c. 11. §. lib. 3. cap. 14. num. 106. ergo nullo modo in hoc casu, in iustis denegationis praedicationis praetextu, iudex Laicus se introumittere valet.

72 Ex quibus extendere doctrinam hanc de protectione Concilii ad auctoritatem exequendi per Principes Laicos, expressum est id quod dixit Lotterius de re benef. d. lib. 1. q. 11. ex n. 59. loquendo de iure patronatus Ecclesiarum Cathedralium, quod tantum competit Regibus quoad protectionem: & id ad omnia extendit Archidiaconus in cap. Perlethi, dist. 63. quem postea secuti sunt Ministri Regii, simulque Antonius Faber extendit in Cod. tit. de iure patron. def. 1. ad omnes Ecclesias Dignitatem vel Praelaturam habentes: Constat, inquit, vel id referendum esse ad simplicem protectionem, cuius limites mox exponendi erunt, vel relatum ad patronatum pro ut competit de iure communi, erroneum esse ut docet Propof. in can. imperium. 1. colum. vers. 1. & idem hoc habetis dist. 10. ubi quod assertio haec male intelligentibus fuit feminarum mali: quam etiam assertionem habet Rochus in tract. de iure patron. in verbo Ecclesia, nu. 2. quibus addendum est Bellerus disquis. Cleric. par. 1. tit. de exempt. Cleric. a sta. fecu. §. 2. n. 22. ubi optime materiam distinguit, probando non esse Patronos, sed Protectores: late & docte Solorzano de Indiar. l. 1. tom. 2. lib. 3. cap. 2. num. 2. Quare tantum Bulla Pii IV. ius tutelae concessit, quod non tollit jurisdictionem ab Ordinario: Gail. obser. 54. nu. 3. lib. 2. plures apud Cenedo in quaest. Canon. q. 11. omnino videndus: & idem in iure patronatus, simplex Advocacia, nuda ab omni iurisdictione & imperio consideratur, nec ad aliud se potest extendere, nec ad privatam quaestum, vel ad privatam utilitatem: Gail. d. obser. 54. num. 1. Lotter. d. q. 11. n. 83. usque ad 86. Nec hanc protectionem novam esse in Principibus supremis, quandoquidem etiam alicui Magistratui seu Principi competisse constat, etiam in Ecclesiis de iure patronatus, simulque protectio Regis: ut optime notavit Daniel de Nobilibus disp. 49. n. 23. Quare cum protectio, diximus, definitur actus pietatis alicuius potentioris, qui imbecilliorum quasi recommendatum sub umbra suscipit, Lotter. de re benef. lib. 1. q. 24. n. 1. Daniel de Nobilibus in addit. ad d. q. 49. n. 46. ad jurisdictionem extendi non debet. Ad hoc igitur tantum se extendere potest haec protectio inuicissimi Catholici nostri Regis circa executionem decretorum, ut auxilium ferat Ecclesiastico iudici requirenti Brachium seculare, non ut ipse jurisdictionem Ecclesiasticam sibi arroget: de qua protectione videndus Barboza in collect. ad Conoil. plures citans, §. 25. c. 2. n. sm. de quo vide quo diximus cap. 5. ad Confraternitatibus, ex n. 138. cum pluribus seqq.

73 Quare ut punctus, qui per multos Auctores confusus tractatur, recte intelligatur, & ne sub falso praetextu Protectorum Laici Ministri decipiantur, existimantes se obsequium praestare Deo in sedandis scandalis, sciendum est, initio nascentis Ecclesiae Oeconomos constitutos fuisse, qui res & praedia Ecclesiae administrarent; qui cum non sufficerent, Defensores Ecclesiasticos creantur, qui Ecclesiam, & res ejus, & plebem sibi creditam a potentiorum iniuriis tuerentur, qui ex Clericis assumebantur, & facti Ordinis Viri & Magistratus erant; ut constat ex Concilio Chalcedonensi can. 11. ubi vetitum fuit Defensores, non secus ac Clericos per pecuniam ordinari: c. si Episcopus, l. q. 1. cap. Salvator, l. q. 3. quod etiam Iustinianus constitutione probatur in l. omnem 42. §. praetera, C. de Episc. & Cleric. Quare ratione Defensores hos inter minores Ordines refert Augustinus in Epist. 1. ad Episcopos Lucaniae, & est tex. in can. Monachus, 76. dist. licet aliquando ex ordine Presbyterorum 83 Defensores assumantur, ut de Iuliano Presbytero meminit D. Gregorius Turonensis de vit. Patr. c. 7. apud Surium. Nec statim quando ex Laicis eliguntur, id casu fuerat, sed 84 ex illis, qui ad sacros Ordines aspirabant, qui promove-

ri non poterant nisi servatis interstitiis, teste Zosimo epistola 1. ad Iphesium, dicente, Defensores etiam Ecclesiae, qui ex Laicis sunt, supradicta oblatione tenent: In singulis, 77. dist. Eorum autem officium & munus erant, Ecclesiam & plebem ab iniuriis, & vi potentiorum tueri; Monachos in urbe vagantes, & passim turbam facientes ejicere, & ad sua redire curare, ex Concilio Chalcedonensis decreto, can. 23. & Pelagii decreto in c. Probinus, 16. q. 1. Similiter, & causas libertatum, & alias tenuiores eorum, qui iniuriis a potentioribus afficiebantur, iudicabant, simulque eorum qui praesidii egressi ad Ecclesiam confugiebant: teste Ballamon. in canone 75. Concilii Carthaginensis, tit. de Charopolulatio & Protect. Ex consuetudine etiam fiebat, ut apud ipsos testamenta infundantur: sed hoc constitutione Iustinianae vetitum fuit, cum turpe sit Clericos peritos se vellet ostendere iure secularium l. Reperita 41. C. de Episc. & Cleric. l. Consul 23. C. de testam. Ex quibus manifeste constat, hos Defensores fuisse Ecclesiasticos, & de ordine Clericorum: sed cum non satis rebus Ecclesiae per ipsos consulum esset placuit ut Defensores ab ipso Imperatore peterentur in Concilio Carthaginensi 5. can. 11. de quo est tex. in can. ab Imperatoribus, 23. quest. 3. & ne per imperitiam aliquid mali fieret, in Concilio Milevano 2. can. 16. additum fuit, ut ab Augusto periti peterent Defensores Scholastici, id est Advocati forenses, qui haberent facultatem pro negotiis Ecclesiarum, quos necesse esset ingredi Secretaria Iudicum, de quibus meminit Possidius in vita sancti Augustini, c. 12. dicens: De qua re ne pacis Ecclesiae amplius impediatur professus, Defensor Ecclesiae non sinit: & docte connexit Antonius Dadingus in dissertationibus hris Canonici, lib. 2. c. 5. ubi de aliis Defensoribus cum jurisdictione in Clericos loquitur; de quibus in Sicilia, missis, videndus Sanctus Gregorius Papa lib. 1. epist. 1. §. lib. 9. epist. 32. & valde necessarium esse probatur ex can. 94. dist. iuncto can. pervenit, 12. q. 1. Dadingus supra: ex quibus manifestissimum constat, nullo modo Protectoriam hanc conjunctam esse cum Iurisdictione, sed nudam tuitionem mediis Iudicibus Ecclesiasticis esse faciendam, eamque sub hoc praetextu ampliare, contra omnes Iuris regulas, & sacrorum Canonum, Pontificum, & Conciliorum decreta non licere.

74 Nec in his Magistratibus argui potest de Protectoria, ad jurisdictionem executionis decretorum Conciliarium: per ea quae notanter dixit Selva, de benef. 2. p. q. 23. nu. 16. ubi ait: Et in isto casu non habet locum iste modus arguendi, quod tantum operatur quantum consuetudinis in initio memoria non extat, privilegium: l. hoc iure, §. Dulcis aquae, ff. de aqua quoti. §. etro. c. Super quibusdam, de Verbor. signifi. ergo consuetudo talis potest illum in auctere, si hoc potest privilegium Papae; quia illud habet locum data capacitate: sed ubi non est capacitas, non procedit huiusmodi equiparatio de privilegio ad consuetudinem. Unde patet quod cum Laici incapaces sint omnis iurisdictionis Ecclesiasticae, non recte arguitur ex protectione ad jurisdictionem & ejus exercitium: de quo late videndus Barboza in collect. ad tex. in d. cap. Ecclesia S. Mariae, de conf. per totam.

75 Nec dicatur, vim facere Ecclesiasticum: etenim si iudicium suum ratione solum exponat, subditus obedire tenetur, nec Laici suum interponere valent; imò subditus obedire debet gerendo se pro excommunicato: Diana part. 5. 93. tract. 1. resol. 23. §. Et tandem: & melius p. 9. tract. 9. resol. 45. vers. sed quae resolutio, usque in finem; melius ergo erit pro illo actu superaddere, quam in Iudicem Laicum adire: exemplo sanctissimi Principis Ludovici Noni Galliae Regis, qui omni virtutum genere insignis in Sanctorum catalogo est relatus; inter cetera namque, cum ejus Legatus apud summum Pontificem diploma illi praesentaret, in quo provisio Ecclesiarum vacantium & Episcoporum concedebatur; Sanctus Rex gratiarum & diplomata in ignem projecit, dicens: Relinquamus caelestia caelestibus: ut summè laudans tale factum, & exemplum pro ceteris Principibus monens, scripsit Baldus de dignitate Regum Hispaniae, c. 22. numer. 13. post Glossam in pragmat. sanction. tit. de reservat. verbo reservationes Rodulpho, in praemio Cor-

cordatorum: a quibus suscepit Baldus.

95 Quare licet intentio secularium sit, scandala evitare, & sub eo praetextu tollere dissensiones, praecipiendo decreta sacrosancti Concilii observari cum Iurisdictione, ut in casu Bobadillae & Emanuelis Rodriguez, non credo licere, nec sub tali praetextu iudicium ultionis summi Regis, & Domini nostri Jesu Christi effugere qui hoc totum Vicario suo Romano Pontifici, & Iudicio Ecclesiastico subiecit, ut ex responso Legatorum Tridentini probavimus: eodem modo, quo nec illud effugerunt Josephus Zachariae filius, & Azarias princeps, ut legitur l. 1. Machabaeor. cap. 5. qui audientes virtutes & res gestas a Machabaris, dixerunt: Faciamus & ipsi nobis nomen, & eam pugnam adversus gentes, quae in circuitu nostro sunt: cumque id opere perfectissent, fugati sunt usque in fines Iudae, & ceciderunt illo die de populo Israel ad duo millia viri, & facta est fuga magna in populo, quia non audierunt Judam, & fratres eius, exultantes fortiter se facturos: cujus rei rationem reddidit facit textus dicens: ipsi autem non erant de femine vitorum illorum, per quos salus facta est in Israel. Unde etiam Sacerdotes negotia Laicorum sibi affluentes, eodem modo peribunt: ut ibi notatur; in die illa ceciderunt Sacerdotes in bello, dum volunt scribere, dum sine consilio exeunt in praedium: ex quibus timeant seculares, animose praecipiendo, exultantes fortiter se facturos; cum ipsi non sint de femine vitorum illorum per quos salus facta est in Israel, hoc est de Sacerdotibus, ex quibus, compositum fuit sacrum Concilium, quibus etiam reservata fuit iurisdictione auxilium vero tantum eo casu praestare debent quodam perire. Timeant item Sacerdos abutendo, & salcem in melle alienam mittendo, dum fortiter volunt facere, & sine consilio exeunt in praedium, ne pereant: ideo enim ordinata Ecclesia remedium per suos Ministros possit, tollendo has iniurias, & eas emendandas legitimo Superiori reliquerit, suppleendo negligentiam Ordinarii: ut si Clericus non iure a suo Episcopo damnatus sit, liceat ei adire vicinos Episcopos per se eos causa audiatur, ac per ipsos suo reconcilietur Episcopo: ex Concil. Sardic. can. 17. Carthagin. 2. can. 8. Agathen. cap. 3. can. si quis presbyter, Can. Episcopi, 11. q. 1. quod nunc faciunt Metropolitanis: c. Sicut olim de accusat. ubi de principio, c. Episcopus, 35. q. 6. ubi de Iudicibus electis ab Archiepiscopo, ut per singulas Dioceses invigilentur: quibus addendum est Dadingus in dissertat. Iuris Canonici, lib. 2. c. 12.

98 Nec minus obstat assertio Emanuelis Rodriguez & Bobadillae, dum Episcopum Oxomen. approbasse factum narratur. Nos enim eodem modo approbamus praedicationem debere fieri in die Epiphaniae, quae fuit causa huius; sed tamen negamus Iurisdictionem laicam in hoc posse alicuius virtute Concilii; quidquid sit ratione scandalum Magistratus secularis possit aliquid facere pro ea vice ad sedanda scandala, qui est casus tex. in cap. 1. ubi DD. de Trevena & pace. Hoc verò nec Iurisdictionem, nec Tutioem sapit, sed tantum Oeconomiam seu Politicam, quae ad supradicta nullo modo se extendere potest: alias enim totius gubernii politici machina transverteretur, de quo vide Barboza in collect. ad d. sess. 25. cap. 3. ex nu. 29. usque ad 33. & de his quae permittuntur propter scandalum, videndus Paulus Fucus de Iustit. lib. 2. cap. 28. n. 6. late Flamin. Paul. de resign. benef. lib. 5. q. 2. n. 155. §. 166. §. lib. 3. q. 18. num. 25. quod impedire & sedare pertinet ad Principem, sicut fraudibus obviare: Flaminius Parisius de Confid. q. 8. num. 17. §. 18. sed tamen hoc intelligendum est, si abique peccato potest illud evitare: Flaminio d. q. 3. n. 175. de quibus omnibus, & de potestate seculari exules faciendi Praedicatores scandalosos, vel pacem publicam turbantes, late videndus Solorzano Indiar. l. 1. tom. 2. lib. 3. cap. 27. per totum, praecipue ex n. 19. §. in Polit. lib. 4. cap. 27. etiam per totum, praecipue ex vers. Pero auctore: ubi de politica huius iuris tractat: quod minime ad iurisdictionem, exequendi decreta Concilii, applicari potest.

101 Jam ergo liquet, illationem, quam deducit Emanuel Rodriguez, eo casu non posse Ordinationem impedire Fratrem Minorem praedicare; imò, ipso relictae, possit

Verbum Dei annunciare, nec veram, nec loquendam esse; cum in hoc absque dubio subsint Regulares Episcopo: ut expressè decrevit Concilium dist. sess. 5. cap. 2. ut plures Emanuel, & Miranda fateantur; & probant tam ipsi, quam plures alii relati a Barboza in collect. ad d. cap. 2. ex nu. 17. Ergo Laicus tantum potest evitare scandala; aliud verò, non evitare, sed argere scandala erit. Ordinarius ergo illos punire poterit ex constitutione Gregorii XV. incipit, In scriptibilibi, 9. Februarii 1622. etiam censuris, ex decreto Urbani VIII. in constitutione, in forma Brevis, Episcopo Giovenis, dirella, sub dat. 30. Ianuar. 1629. quidquid DD. contrarium sentiant, asserentes, per Superiores Regulares esse puniendos, ut bene docet Barboza in collect. ad Concil. a. sess. 5. cap. 2. n. 21. §. 22. & eam opinionem sequitur in collect. ad textum in Clem. Dudum, de Sepultur. n. 5. Praedicatores ergo in hoc casu sermones ad Magistratus con vertere debent, sicut fecisse ferunt Illustrissimum & Reverendissimum D. D. Petrum Manrique Archiepiscopum Caesarugustanum, extimum Verbi Dei praediconem, ex Augustiniana familia, qui cum in sua Metropoli, in exequiis Philipp. III. Hispaniarum Regis Catholici praedicaret, nascente iurgio inter Ecclesiasticos & Seculares, repente mutato themate, suas oves docuit, & monuit de reverentia debita Ecclesiasticis, & de excessu Laicorum; eoque modo scandalum sedavit.

102 Sed tamen non obstantibus supradictis, tanta potest esse necessitas, ut non patente aditu ad Ecclesiasticum, possit Laicus eo casu scandala evitare & sedare: ut citatis Emanuele Rodriguez, & D. Feliciano de Vega, in cap. Quanto, de Iudic. n. 100. §. in cap. Cum non ab homine, cod. tit. n. 18. advertit Solorzano in Polit. dist. lib. 4. cap. 27. vers. En tercio lugar, pag. 742. quo pacto intelligendi sunt uterque Rodriguez, Barboza, & Bobadilla, superius citati: & hoc modo facillimo negotio conciliantur opiniones, alias inter se dissidentes; nec contrariae apparent: eo modo quo doctrinae generales intelliguntur Solorzano loco proxime citato, vers. scilicet sequentibus, cum omnino vide: & d. cap. 27. num. 57. Vel omnino negligente Ecclesiastico, ut possit laicus eam negligentiam supplere: ex text. in cap. De legibus, 23. q. 5. ubi Balboa, & alii Doctores, & de iure Hispano, est tex. in l. 61. tit. 6. p. 1. plures apud Sorazanum, d. cap. 27. n. 66. §. in polit. d. lib. 4. cap. 27. vers. Tanquam modo esto: pag. 744. ubi in fine advertit, non posse processum, eo casu confici a Laico, causas tamen in scriptis abique forma processum poni licere.

103 Diximus supra, num. 36. in solemnioribus festivitibus esse praedicandum, quales sunt Paschalis dies: hic verò dubitari potest, an omnibus diebus Paschalis debeat praedicari? In quo credo sufficere semel; nam cum hoc modo sufficienter edocuit esse populus de solemnitate, non est cur multiplicandum sit praecipuum: & ita servatur in nostra Metropoli Caesarugustana, & universaliter in Hispania.

104 Sed obstat, in Natali D. N. Jesu Christi, diebus duobus vel tribus sequentibus annuati Verbum Dei: ergo similiter in Resurrectione, & in Pentecoste. Cui dubitationi de facili responderit, dicendo, duas Paschalis festivitates esse Paschales, & pro una celebrata sumi; eo modo quo Octava alicuius festivitatis solemnis, non octo festivitates; sed complementum solemnitatis unius dicitur: teste Gavanto in Commentar. ad Rubric. Miss. lib. 4. tit. 12. numer. 8. §. 9. Et haec ratio, Sabbato post Resurrectionem cantat Ecclesia, ut qui Paschalis festa peregrinus, haec te largiente moribus & vita teneamus: At vero Natalis dies tantum ille dicitur, in qua Nativitas D. N. Jesu Christi celebratur; tres vero sequentes, festa sunt Sanctorum Stephani, Joannis, & Innocentii; unde illis diebus mutatur ritus, qui secundae classis erit, non prima, sicut sunt cetera festa Paschalia, nec privilegium Paschalis huius iuris tractat: quod minime ad iurisdictionem, exequendi decreta Concilii, applicari potest.

105 Jam ergo liquet, illationem, quam deducit Emanuel Rodriguez, eo casu non posse Ordinationem impedire Fratrem Minorem praedicare; imò, ipso relictae, possit

